ſcriptis. Conſtat enim inter omnes nihil tàm operoſe ab aliis eſſe profectũ, quod non horum elegantia Commentariorum ſuperetur, qui ſunt æditi ne ſcientia tantarum rerum ſcriptoribus deſit, adeoque probantur omnium iudicio, vt prærepta non præbita facultas ſcriptoribus videatur: Cuius tamen noſtra maior quàm reliquorũ eſt admiratio. Cæteri enim quàm bene quamq; emendatè, nos etiam quàm facilè atq; celeriter eos perfecerit ſcimus. Et hæc quidem ille. Sane de celeritate apud Suetoniũ habetur expreſſius, vbi ait: Et hos libros & alios plurimos, in quibus etiam poëma quod Iter ſcribitur, tanta cum velocitate peregiſſe, vt quoſdam ex eis in Alpium tranſitu ſcripſerit, ex citeriore in trans alpinam Galliam reuertens, belli Gallici temporib, quoſdã, ipſorum bellorũ Ciuilium ſub Mutinenſe diſcrimẽ, quoſdam ab vrbe Romana in vlteriorẽ Hiſpaniam proficiſcens, quã viam ſimul cum ſtudio dieb. quatuor & viginti perfecit. Incertum his ſimilibus operibus linquens, vtrũ animi foret, aut corporis, an robore vel celeritate mirabilior.

C. CAESAR AVG.

Diuus Cæſar Auguſtus, diui Iulij Filius,

tàm